



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Nicolaus de Geissenberg, h. n. I. Abbas XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)

NICOLAUS de Geiffenberg, h. n. I.
 ABBAS XXXVIII.

Subrogatus Seyero anno 1431. Nicolaus fuit: neque hujus memoria, ut Antecessoris sui in benedictione est; præclarum nihil de eo in fastis nostris consignatum est, nisi, quod in parvo illius corpore mens excelsa, & rebus gerendis idonea habitârit; laudem verò istam, si qua tamen est, vel minuunt vel obscurant planè nimius in adornandis conviviiis luxus, inque Cœnobii nostri bonis inter necessarios suos distribuendis summa libertas; indè enim præcipuè factum est, ut decoctis in hunc modum omnibus pecuniis bonorum nostrorum partem aliquam vendere, aliquam oppignorare debuerit, Monasterio interim nostro extremâ penuriâ laborante. Non tulêre fratres tantam Abbatis sui licentiam, justisque querelis suis ab Episcopo Herbipolensi obtinuerunt, ut dignitate hac suâ privaretur, quâ annis 17. ornatus fuerat. Postmodum excommunicationis fulmine percussus obiit.

JOAN-